



## PRAEFATIO.

---



ACCIPERE, Lector Benevole, Dissertationes me Præsidente in Academia Viadrina ventilatas, iam in unum collectas Fasciculum. Satis pro instituto de singulis dixi in Observationibus præliminaribus cuique earum præmissis; nil itaque monendum restat, unico hoc excepto, quod forte nonnulli desideraturi sint *Theses circulares: de Ecclesiis Evangelicis in genere*, An. 1736. Francofurti pro rostro Academico defensas, quarum mentionem, addito Elogio, facere non dubitavit Exc. Dn. BVDERVS in nuperrima Bibliothecæ Iuris Struvianæ Editione p. 765. Etsi vero maximi facere soleam Viri solidissime docti Iudicia de aliorum Scriptis lata, impetrare ta-

a 2 men